

„maticum Epistola: JOHANNIS lin-
 „guam (notanter scribit,) dictionisque
 „venustatem, non aliis dico (parvum e-
 „nim hoc fortasse apud multos esset) sed
 „ipsi Libanio, qui apud omnes in eloquen-
 „tia præclarissimus habetur, magnæ admi-
 „rationi fuisse, indicio est Libanii ipsius
 „epistola, ad illum etiam tum Juvenem,
 „cum orationem in Imperatorum laudem
 „habuisset, scripta, ea sic habet:

LIBANIUS IOHANNI.

„Orationem tuam prolixam & pul-
 „chram accepi, & Viris qui & ipsi oratio-
 „nes scribunt legi. Nullus in eis fuit, qui
 „non exiluerit, & vociferatus sit, eaque
 „omnia fecerit, quæ per stuporem con-
 „sternatis solent. Me illud delectat, quod
 „dicendi artem, quam agendis in foro
 „causis exhibere potuisti, ad huius genus
 „orationis conferre malueris, teque bea-
 „tum judico, qui tantoperè Principes lau-
 „dibus ornare potueris, nec minus fortu-
 „natos illos esse puto, quod laudatorem
 „talem sint consecuti. Hæc Libanius. Et
 „porro Isidorus l. a. scribit: Quod si Plu-

tar-

ε 3